



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Magistro Et Fratribvs militiæ Christi in Livonia constitutis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

808 Epistolarum Innocentij III.

eosdem, eum ipsis in expensis legitimis
condemnetis. Quod si non omnes &c. duo
vestrum &c. Tu denique, fili Abbas, su-
per te ipso &c. Datum Signat v. Idus Oc-
tob. pontificatus nostri anno xvi.

MAGISTRO ET FRATRIBVS
militiae Christi in Livonia constitutis.

Epiſ. 123.
Confirmat eis
possessiones.

C Vm à nobis peritur &c. usque affen-
ſu, Saccale ac Hugenhuſen Gutlan-
dias adjacentes & omnia bona quae obtine-
tis in Gutlandia, ſicut ea omnia iuste ac
pacifice possidetis, ſalvo jure quod debet
ad Epifcopum & Ecclesiam pertinere, vo-
bis & per vos ordini vestro auctoritate apo-
ſtola confirmanus & praefentis scripti pa-
tricio communimus. Nulli ergo &c.
confirmationis &c. usque incurfurum. Da-
tum Signat v. Idus Octob. pontificatus no-
stri anno decimofexto.

VNIIVERSIS C H R I S T I
fidelibus per Saxoniam constitutis.

Epiſ. 124.
Quod subve-
niant Epifcopo
Estiensis praedi-
canti fidem.
Vide ſuprā epiſ.
120. & in ſa
epiſ. 125.

Q Voniam juxta ſententiam ſapienſis
ab adolescentia prona eft vita homi-
nis ad peccandum & diversis inquinamen-
tis obnoxia vitiorum, multa ei caritatis
opera proponuntur, ut ibi multiplicantur
remedia ubi morborum diversitas invaleſ-
cit. Sanè ad vestrā dudum credimus no-
titiam perveniſſe quod Dominus noster,
qui neminem vult perire, ſed omnes ad ag-
nitionem pertingere veritatis, calciamen-
tum ſuum in Livoniā miferatus extendit,
ad partes illas novos Apoftolos dirigendo,
per quos populus, qui uſque nunc ambu-
labat in tenebris, cerneret lucem magnam
ortam ambulantibus in medio umbra mor-
tis. Inter ceteros autem per quos in genti-
bus illis revelavit Dominus brachium ſan-
ctum ſuum, ut viderent ſalutare Domini
Dei ſui, venerabilis frater noster Estiensis
Epifcopus plurimū laboraſſe diſcenſit
& divina cooperante gratia profecit: qui
quamquam ſibi liceat eorum carnalia me-
tere quibus ſpiritualia ſeminat, cum os bo-
vis alligari non debeat trituranis, & Do-
minus iis qui annuntiant evangelium de
evangelio vivere ordinari, quia tamen,
cum ſit neophytorum Epifcopus, hac uti
meruit potestate, ne quod offendiculum
det evangelio Christi, eundem ſine baculo
atque pera portantem coram Regibus &
gentibus nomen Dei universitati vestrā
duximus propensiū commendandum, ca-
ritatem vestrā monentes & obſerantes
in Domino, atque in remiſſionem vobis
peccaminum injungentes, quatenus iſipsum

tamquam Iesu Christi Legatum recipiatis
benignè ac ſincera tractetis in Domino ca-
ritate, ſuam & coadjutorum ejus in evan-
gelio ex abundantia veſtra in hoc preſen-
ti tempore ſupplentes inopiam, ut & illo-
rum abundantia veſtra ſit ſupplementum
inopiae in futuro. Datum Laterani iii.
Kal. Novembr. pontificatus nostri anno
ſextodecimo.

EPISCOPO MONASTERIENSI.

A Beo qui neminem vult perire, ſed
Epiſ. 125.
Recipiat ſub
protectione fe-
dis apoftolice.
Vide ſuprā epiſ.
124.
aut omnes ad agnitionem perveniant
veritatis, tibi eſſe audivimus & credimus
inpiratum ut venerabili fratri noſtro Ef-
tienſi Epifcopo, qui, ſicut ſervus fidelis &
prudens, in Domini vinea fideliter opera-
tur, cooperatoſ accedens, cum eo porta-
re propoſueris coram gentibus & Regibus
nomen Dei & dare ſalutis ſcientiam plebi
ſua. Nos igitur tuum pium propositum
dignis in Domino laudibus commendantes,
fraternitatē tuam monemus atten-
tiū & hortamur quatenus accenſus zelo
fidei Christianæ, ac ſperans quod qui af-
fectum tibi dedit, adicet & effectum,
evangeliftæ aggrediaris opus & officium
confidenter, ut cum illis qui euntes ibant
& flebant mittentes ſemina ſua, exultatio-
nis manipulos valeas reportare. Ut autem
prædicationis officium valeas liberiū exer-
cere, ſtatuimus ut, te hujusmodi pietatis
operi mancipato, Eccleſia & perſona tua
cum omnibus bonis ſuis ſub apoftolica ſe-
dis protectione conſtant. Tu denique,
frater Epifcope, ſuper te ipſo &c. Datum
Laterani iii. Kal. Novemb. pontificatus
noſtri anno ſextodecimo.

In eundem modum ſcriptum eſt Epifcopo
Verdenſi. In eundem modum ſcriptum eſt Epif-
copo Paderburnenſi.

ABBATIBVS, ARCHIDIACONIS,
Decanis, Prioribus, & aliis Eccleſiarum
Prelatis per Saxoniam constitutis.

A D vestrā jamdudum notitiam cre-
dimus perveniſſe quod Dominus no-
ſter, qui neminem vult perire, ſed ut om-
nes ad agnitionem perveniant veritatis, ad
partes Livoniā calciamentum ſuum miſe-
ratus extendit, & nonnullos gentilitatis te-
nebris obvolutos, ab eis oſtenſa ſibi luce
magna, quae ipſe eſt, miſericorditer libe-
ravit. Cum autem venerabilis frater noster
Estiensis Epifcopus, qui prædicando in
jamdičis partibus verbum Dei multū la-
boravit in evangelio & divina gratia coo-
perante profecit, animo indeſeffo dei-
reret